

255



zu 002

O. i. 840 (1-101).

THESES
EX TIT. FF. SI
SERVITVS VINDICETVR
ET QVEMADMODVM SERVITV-
TES AMITTANTVR DE PROMPTAE.

QVAS DIVINA FAVENTE GRATIA,
SVB PRAESIDIO CLARISS. ET CONSULTISS.
virorum D. Ioannis Michaëlis Cronenburgeri, & D.
Ioannis Hollandt SS. LL. Licent. Dictatoris & Fisci,
in celeberrimo Coloniensis Academiæ Iuris Colle-
gio, pro laudabili consuetudine dispu-
tandas proponit.

IOANNES RVPE TREMON.

Anno redemptionis hum. 1591. 27. Iunij.



COLONIAE AGRIPPINAE Dd.
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

CONTINUATIO.

Cum superioribus aliquot disputationibus seruitum natura explicata sit: Restat non inconcinna methodo, ut etiam de earum actionibus dispiciamus, (a) cum frustra nobis seruitutes constituerentur, nisi constitutas legitimis medijs defenderentur. (b)

(a) Ita continuat fere glos. in rubr. ff. h. tit. (b) argum. l. i. in princ. ff. ne vis fiat ei qui in poss.

THESIS I.

Prodite autem nobis sunt de seruitutibus due in rem actiones, Confessoria videlicet qua seruitutem vindicamus & alteri libertatem negamus; & Negatoria, qua negamus seruitutem & nobis libertatem asserimus. (a)

(a) l. de seruitutibus in princ. ff. h. t. §. æque Inst. de act. V. Vesemb. in paratit. num. 1. h. t. Schneid. nu. 7. & 29. d. loco & ibidem Iason nu. 25. Bart. in l. si priusquam 15. nu. 12. & 13. ff. nou. oper. nunciat. Oldendorp. class. 3. act. 5. in princ.

II.

Sed an Confessoria verbis affirmatiuis, Negatoria vero negatiuis proponenda sit dubitatum inuenio, (a) quod omnino Placentius putauit. (b) Ego cum alijs indistinctè proponi posse existimo. (c)

(a) glos. in d. §. æque in verbo Ius sibi esse, & in verbo alius in princ. Inst. de action. glo. in l. 2. in verb. qui negat ff. h. t. (b) ut dicit glo. prædictis locis Zas. in d. §. æque nu. 8. (c) l. si priusquam 15. vbi glos. in verb. ageretur. l. si quando 17. §. cum in domo, & ibi glo. in verbo ageret ff. h. t. Zas. d. loco vbi communem dicit, & ibidem Schneid. nu. 9. & 30. Olden. class. 3. actio. §. num. 3.

III.

Utraque est civilis, (a) specialis & perpetua, (b) in rem, (c) petitorij Iudicij, (d) arbitraria, (e) directa, (f) aut utilis. (g)

(a) d. §. æque Inst. l. sciendum 19. & ibi glo. in verbo actiones ff. de operis nou. nunc. (b) l. sicut 3. in princ. & ibi glo. in verb. speciales C. de præscrip. 30 vel 40. ann. l. pecoris 4. l. via 23. §. si fundus ff. de seruit. rust. præd. (c) l. 2. 3. 4. §. competit 7. l. 6. §. Hæc autem 3. h. t. d. §. æque & ibi Schneid. num. 7. (d) l. etsi 6. §. sciendum ff. h. t. (e) l. harum 7. l. eg. 12. ff. h. t. (f) l. 1. 2. in princ. d. l. etsi §. hæc autem actio ff. h. t. (g) l. ei qui 16. ff. de seruit. & ibi Costal.

IIII.

Directa tantum dominis pradiorum competit, (a) Utilis vero ius in re habentibus, (b) bonæ fidei possessori etiam publiciana. (c)

(a) l. 1. 2. in princ. Schneid. nu. 11. & 31. Zas. in l. fundum, ff. de excep. & præsc. (b) VVef. in parat. in princ. h. t. l. creditori 9. ff. de oper. nou. nunciat. ut creditori l. ei qui 16. ff. de seruit. vbi Bart. l. 1. §. fin. ff. de remiss. Schneid. in d. §. æque nu. 11. Emphyteutæ d. l. ei qui pig. Scharck in l. 1. num. 14. in fin. C. qua sit long. contuet. Vasallo. c. 1. de cont. inter vasal. & alij. in vsibus feudorum & ibi Bald. nu. 1. & 2. & Isernia num. 2. & de capit. Corr. num. 9. c. 1. §. 1. & ibi glo. in verbo vindicare. de Inuest. de re alien. facta superficiali. l. 84. ff. de rei vendi.

vindicat. l. 1. §. fin. ff. de superficie. l. In prouinciali 3. §. 3. ff. de oper. nou. nunc. (c) l. si ego
11. §. si de usufructu ff. de publ. in rem. Old. clas. 3. act. 3. num. 5. glos. in l. fructuario 6. §. si
cut in princ. ff. si usufr. pet.

V.

Fructuarius vero neque vtilem neque directam vindicationem habet, (a) ideoq; nec
nouum opus nunciare potest. (b) sed si quid contra ius fundi fructuari fiat, aut debita fun-
do seruitus denegetur usum fructum vindicabit quasi impediatur vti frui. (c)

(a) l. 1. in princ. l. 5. §. vtrum ff. si usufr. pet. l. 2. §. recte Neratius ff. h. t. Old. clas. 3. act. 4.
num. 5. contrarium statuit Costal. in d. l. ei qui ff. de seruit. per l. vnicam ff. de remission.
(b) l. 1. §. vlt. ff. de oper. nou. nunc. Cuiac. lib. 1. obs. 16. & lib. 9. obs. 17. in si. (c) d. l. 1. vti frui.
§. §. vtrum ff. d. tit. l. 2. in fin. ff. de oper. nou. nunc. Zas. in d. §. æque num. 15. & ibi Schneid.
num. 11. Old. d. loco.

VI.

Nec tantum ratione seruitutum, vt si inferior recusat pati seruitutem superioris. (a)
Verum etiam pro quolibet iure incorporali vt iurisdictione, mero & mixto imperio, rece-
ptione decimarum reddituum iure presentandi &c. utilis hæc actio competit. (b)

(a) l. 1. §. denique ff. de aqua plu. arc. Old. d. clas. 3. act. 4. nu. 5. in medio. Schneid. in d. §.
æque num. 11. in fin. Cœpolla cap. 25. nu. 2. de seruit. vrb. præd. vbi quasi seruitutem dicit.
(b) Panor. in d. c. tua nobis num. 11. ex. de decimis & in d. c. examinata ex. de iudic. nu. 16.
Jafon in d. §. æque nu. 34. ibidem Schneid. nu. 10. Bal. sup. rub. num. 1. C. de usufructu. Bart.
in l. si publicanus 4. §. In vect. gal. num. 3. Old. d. loc. vers. Denique Costal. in l. 2. ff. h. tit.
Zas. in sum. n. 3. h. tit. Ferr. in form. lib. action. confes. in verbo plenam, nu. 7. contrarium
tenet Coraf. in l. ei qui ff. de seruit. allegans glos. & Bald. nam. 9.

VII.

Communi prædio si seruitus debeat, singuli in solidum petunt, (a) vniusc; victoria alijs
proderit vel oberit, (b) nisi dolus vel culpa intercedat, (c) quamuis per vnum seruitus ac-
quiri non possit, (d) æstimatio autem ad quod agentis interest reuocabitur. (e)

(a) l. viæ 17. & ibi Costal. ff. de seruit. l. si vnus 19. ff. de seruit. rust. præd. l. loci 4. §. si fun-
dus 3. & ibi Bartol. ff. h. t. l. supra 11. §. Cassius 1. ff. de aqua plu. Zas. in sum. n. 3. & VVes. nu.
3. h. t. (b) d. §. si fundus vers. itaque & §. 4. Zas. d. loco d. l. supra §. Cassius & d. l. viæ. (c) l. si de
communi 19. & ibi Bart. Costal. h. t. Zas. d. loco Costal. in l. 4. §. si fundus ff. h. t. (d) d. l. 4. §.
si fundus, si vnus 19. ff. de seruit. rust. præd. Costal. in l. 2. de seruit. & in d. l. 4. §. si fundus l.
proprium 5. in fin. Communia præd. vbi ponitur ratio Coraf. in l. 2. nu. 4. ff. de seruit. Cœ-
polla. cap. 22. nu. 2. de seruit. vrb. præd. (e) d. §. si fundus d. l. supra §. quod si is fundus. de
aqua plu. Zas. d. loco.

VIII.

E contra de seruitute, quam commune prædium debet, recte singuli in solidum conue-
niuntur, (a) præterquam in seruitute oneris ferendi, in qua illud singulare est, quod dere-
linquere parietem seruientem dominus possit. (b)

(a) l. viæ 17. ff. de seruitutib. in fin. d. l. 4. §. sed etsi h. t. l. hæredes 25 §. contra ff. fam. ercif.
l. fin. ff. de seruit. legat. l. fideicommissa 11. §. si in opere ff. de legat. 3. l. ea quæ 192. ff. de reg.
iur. (b) l. etsi forte 6. §. si ædes 4. in fin. §. etiam vers. Labeo h. t. Cœpolla. cap. 58. nu. 5. de ser-
uit. vrb. præd. Bart. in l. is cum quo 7. num. 1. ff. de aqua plu. Zas. in sum. nu. 9.

Porro

IX.

Porro contra omnem negantem vel impediētem seruitutem hac actione agitur, (a) modo seruitus coeperit, (b) eamq; quoad ius non quoad factum persequimur. (c)

(a) l. si quis diuturno 10. §. agi & ibi Bart. ff. h. t. Oldend. d. loco nu. 5. vers. aduersus l. vti frui §. vtrum ff. si vsusfruct. pet. Cœpolla. c. 2. n. 12. de ser. urb. præd. (b) l. 1. §. competit vers. nam et si ff. de aqua quot. Cœpol. cap. 25. num. 2. de seruit. rust. Oldend. clas. 3. act. 4. nu. 30. Costal. in l. loci corpus §. si fundus h. tit. (c) l. 2. §. Pomponius ff. h. tit. & ibi Bald. Zas. in sum. nu. 8.

X.

Negatur autem si aquam ex fistula aut canali ducendo, (a) vel sterquilinum faciendo paries corrumpatur, (b) si in loco insolito silua seratur, (c) si alteri non aduersario prædium seruiat. (d) Si domus intermedia edificetur, qua rursus deposita, actione (e) vel restitutione agendum.

(a) l. fistulas 13. h. t. l. fistulam 19. ff. de seruit. urb. præd. Zas. in sum. num. 6. (b) l. si quando 17. §. si ff. h. t. (c) d. l. 17. §. 1. (d) l. loci 4. §. competit h. t. (e) l. et si 16. in prin. h. t. (f) l. & atilicinus 35. ff. h. t.

XI.

Num vero contra quemlibet impediētem re sua libere vti Negatoria competat, questionis est? quod puto, quando quis impedit & vitur tanquam iure seruitutis, (a) Sicut etiam ei competit, cui nulla ante seruitus constituta est, quamuis Placentius contrarium dixerit. (b)

(a) gl. in l. si cum meus 14. §. 1. ff. h. t. & in l. Apud Trebatium 3. §. Idem Trebatius in verbo non est ff. de aqua plu. arc. l. as. in d. §. æquè nu. 57. & ibi Schneid. nu. 33. qui communem dicit Ioan. Fab. ibidem nu. 33. (b) l. fistulas 13. l. loci 4. §. competit, gl. in l. 2. in verbo qui negat ff. h. t. gl. in d. §. æquè in verbo. Altius in fin. Instit. & ibi Fab. num. 32.

XII.

Effectus harum actionum est, non vt seruitus constituatur, sed qua est declaretur, (a) vt restituantur fructus, (b) seu quanti interest seruitutem non impeditam nec usurpatam fuisse, (c) & hoc si actor non possideat. (d)

(a) l. sicut 3. §. & siquidem 4. ff. h. t. Schneid. in d. §. æquè nu. 23. & 42. (b) l. et si 6. §. veniunt 6. ff. h. t. l. vti frui 5. §. In his ff. si vsusfr. pet. (c) l. loci 4. §. In confessoria 2. ff. h. t. Schneid. d. l. nu. 24. (d) l. fructuario pen. §. vlt. ff. si vsusfr. pet. gl. in l. loci §. In confessoria in verbo veniunt ff. h. t.

XIII.

Si vero in possessione seruitutis sit is, qui confessoria agit, cautio ei à reo præstanda est, se non impedituram, donec de iure suo docuerit, (a) quo casu possessor etiam in realibus petitorium intentat. (b)

(a) tex. in l. si de via 7. ff. de aqua cottid. l. cuiuscunque 60. §. si fundum ff. de vsufr. & quemad. gl. in l. 1. §. hoc interdictum 2. in verbis an non ff. de itin. actu. priuato. Cœpol. de seruit. rust. præd. ca. m. 34. (b) tex. est in l. et si 6. §. sciendum h. t. §. æquè Instit. de action. vbi Iason nu. 40. Schneid. num. 46. Zas. num. 13.

XIV.

Possessoris partes sustinet is, si tigna immissa sint, qui seruitutem sibi deberi ait; si vero non

non



non sint, is qui negat. (a) Et licet regulariter possessio in alium probationem transferat, tamen propter presumptionem hic aliud dicendum est. (b)

(a) l. sicut §. sed quaeritur, 3. ff. h. t. (b) Schneid. in §. æquè nu. 36. vsque ad 42. glos. in d. §. sed quaeritur in verb. possessoris l. 1. C. h. t. vbi Godof. Bartol. in l. si priusquam ff. de noui op. nunc. nu. 14. & 15. Fer. infor. lib. action. confes. in verbis pleno iure nu. 3 & 4.

XV.

Ad possessionem tuendam, si quid vicinus in nostro moliatur melius erit, per Praetorem aut lapilli iactum, (a) vel interdicto eum prohibere. (b) Aut si in suo contra seruitutem constitutam quid faciat operis noui nunciatione. (c) Confessoria autem opus non inhibetur nisi seruitute probata. (d)

(a) l. de pupillo §. §. Meminisse 10. ff. de nou. oper. nunc. glo. in l. 6. §. sciendum in verbo lapilli ff. h. t. (b) d. l. 6. §. sciendum l. sicut §. §. Aristo. §. ver. sed & inter ff. h. t. l. quoties 20. ff. de seruit. (c) d. l. 6. §. fin. h. t. d. §. meminisse 10. l. inter seruitutes 15. ff. de seruit. præd. vrb. Old. clas. 3. act. 4. num. 13. (d) l. si eo loco 9. in princ. ff. h. t. Zas. in sum. num. 12. Cuiac. in l. Afric. in l. si priusquam ff. de noui op. nunciat.

XVI.

Iudicis officium erit, vt rem præset, hoc est, indebitum statum restituat, & cautionē, quod in posterum neq. per se, neq. per suos impedire velit, (a) solius rei nomine cum Accursio (b) contra Bartol. (c) in litem iurari placet, (d) ad cautionem etiam captis pignaribus coercetur. (e)

(a) l. harum 7. l. egi 12. ff. h. t. Zas. in d. §. æquè nu. 33. (b) glos. in d. l. harum in verbo condemnat h. t. Zas. in sum. n. 13. Specul. §. Nunc dicendum nu. 36. de causa & prop. (c) Bart. in d. l. harum nu. 4. qui sibi contrarius in l. si prius 15. nu. 22. ff. de nou. op. nunc. & in princ. d. l. harum. (d) l. actionibus §. §. fin. l. Tutor 8. cum l. seq. ff. de in litem l. 68. §. si non vero ff. de rei vend. (e) argu. §. sciendum Inst. de satisfat. tut. glos. Spec. Zas. sup. dictis locis.

XVII.

Nunc quomodo seruitutes amittantur videamus. Cum hæc prædiales non personales sint, morte & capitis diminutione sicut vsusfructus, non perire, vulgo traditum est. (a)

(a) V. Vesemb. in parat. & l. 3. ff. quemad. seruit. amitt. §. finitur Inst. de vsuf. l. patri 3. l. Corruptionem 16. C. de vsuf.

XVIII.

Si de certo tempore, aut conditione, certæque persona conuenerit, (a) idq. tempus effluerit, eaque conditio exstiterit, aut persona decefferit, seruitutem per exceptionē (b) interire constat. (c)

(a) l. seruitutes 4. ff. de seruitutibus l. pecoris 4. ff. de seruit. rust. l. pater filie 6. ff. de seruit. leg. (b) d. l. seruitus 4. vbi Coraf. num. 28 30. & 31. l. certo generi 13. ff. de ser. rust. præd. in princ. (c) Bart. in l. Mela 14. §. fin. ff. de aliment. legat.

XIX.

Iura venandi, aucupandi in alieno fundo & similes apud Germanos frequentissime seruitutes quarum meminit Zasius ad hæredes transire Camera imperialis definiuit. (a)

(a) Zas. lib. 1. Respons. cap. II per l. Mela in fin. & in §. æquè Inst. de action. num. 24. & seq. Gail. lib. 2. obs. 68. Coraf. in rub. ff. de seruit. num. 29.

Prater-

XX.

Præterea amittitur seruitus confusione (a) resoluto iure imponentis, (b) actu concessio qui seruituti contrarius est, (c) interitu rei (d) & prescriptione. (e)

(a) l. ff. h. t. l. quicquid vend. 10. ff. communia præd. ratio ponitur in l. in re communi ff. de seruit. vrb. præd. l. vti §. ff. si vsufr. per. l. si quis ædes 30. ff. de seruit. vrb. Schneid. Inst. h. t. nu. 20. (b) l. is cui via 11. §. hæres fin. h. t. l. si fundum 105. ff. de cond. & demonstr. c. 1. rei autem de inuestit. de re aliena facta in vsib. feud. Sichard. in l. 3. n. 4. C. h. t. Cæpol. de seruit. vrb. præd. cap. 24. num. 3. Coraf. in l. seruitutes 2. ff. de seruit. num. 22. (c) l. si domus 21. de seruit. vrb. præd. l. si mihi 20. ff. seruit. rust. (d) l. si locus 14. in princ. h. t. V Vesenb. in parat. num. 4. Schneid. d. l. n. 24. (e) l. sicut 13. C. de seruit.

XXI.

Propter non usum præscribimus libertatem aduersus seruitutem cõtinuam longo tempore 10. scilicet annis inter præsentis, 20. inter absentes (a) aduersus discontinuam vero, id est, per pactum determinatam, tempore conduplicato. (b)

(a) d. l. sicut. Cæpolla. d. cap. 24. n. 4. de seruit. vrb. præd. (b) l. si sic. 7. vers. itaq; ff. h. t. l. vlt. C. h. t.

XXII.

Et hoc in rusticis indistinctè verum est, (a) nisi per socium conseruetur, (b) in urbanis ultra negligentiam factio quoque opus est. (c)

(a) l. Labeo 17. cum liscq. ff. h. t. (b) l. si communem 10. in princ. l. Aquam 16. ff. h. t. (c) l. Hæc autem 6. de seruit. vrb. præd. l. si quis 18 §. vlt. ff. h. tit. l. sequitur 4. §. vlt. ff. de vsucap. Cæpol. d. loc. glos. in l. fin. in verb. credidit, & in l. si sic in verb. vna in fin. ff. h. t. Coraf. in l. seruit. 4. num. 41. Panor. in d. c. de quarta nu. 31. ex. de præsc. Ferrar. in for. lib. actio. conf. num. 26. in verbo seruitus.

XXIII.

Vnde deducitur, quod in præscribenda libertate aduersus seruitutem in urbanis bona fides requiratur, (a) sicut & in præscriptione libertatis personæ, (b) secus autem in rusticis. (c)

(a) d. l. hæc autem 6. etsi fortè 6. §. sciendum ff. si seruit. vend. l. si ædes 32. de seruit. vrb. præd. Bart. in d. l. sequitur §. si viam. nu. 1. ff. de vsucap. Bal. in c. si quis 30. si de feu. fu. cont. int. dom. nu. 9. Bartol. in l. 1. nu. 4. & ibi Bal. n. 2. C. h. t. Costal. in d. l. hæc autem Cæpol. ca. 20. nu. 4. de seruit. vrb. præd. Ferr. in for. lib. act. conf. in verbo seruitus nu. 29. (b) l. 2. C. de long. temp. præsc. quæ pro lib. Cæpol. d. loco. (c) supra alleg. locis.

XXIV.

An vero iure Canonum bona fides requiratur, grauis est quæstio? Ego in partem affirmatiuam inclino. (a)

(a) c. possessor de reg. iur. in 6. c. fin. ext. de præsc. Bald. in d. c. si quis 30. & auth. ad hæc nu. 8. C. de vsuris & in l. 1. C. h. t. num. 13. Martin. Laudensis in repet. l. seruitutes. num. 23. ff. de seruit. qui ita sæpenumero consuluit cum plurib. DD. & praticari Papiæ vidit. Contrarium tenet Bart. in l. fin. h. t. l. ait prætor §. plane ff. ex quib. causis maior in d. l. hæc autem nu. 2. qui tamen sibi contrarius in d. l. sequitur §. si viam nu. 2. & 3. subiiciens se Theologis & ibi Ang. vt refert Laud. d. loc. Panor. in c. fin. nu. 13. & 21. qui ad longum deducit Costal. in d. l. hæc autem in fin.

Non

XXV.

Non autem sicut in seruitute, (a) ita & in praescribenda libertate scientiam & patientiam aduersarij necessariam dico. (b) Interim propter iustam ignorantiam ex generali clausula SI QVA MIHI IVSTA CAUSA &c. dabitur in integrum restitutio. (c)

(a) l. 2 C h. tit. vbi Sichard. num. 7. (b) l. si partem 19. §. si per fundum. h. tit. glos. in l. si sic 7. in verbo vna seruit. Cæpol. cap. 24. n. 6. de seruit. vrb. præd. Mart. Laud. in repet. l. seruitutes ff. de seruit. nu. 24. (c) l. & Attilicinus 35. ff. de seruit. rust. præd. l. 1. in fin. ff. ex quib. causis mai. Bart. in l. 1. §. si quis. nu. 1. ff. de itinere actu. pri. Cæpol. Laud. d. locis vbi communem dicunt. Specul. n. 14. de præsc. Panor. in c. vigilanti ex. de præscrip. n. 3. & ibi Felinus per totum glo. in d. l. si partem §. 1. in verbo non vtendo h. t. Couar. in 3. part. rel. §. 3. n. 1 glos. in l. si sic in verbo vna seruitus h. t.

COROLLARIA.

I.

Agens negatoria si possideat Dominum probare non cogitur. (a)

(a) Mynf. cent. 1. obl. 19. vbi ita in Camera Iudicatum refert. Bart. in l. quidam 27. nu. 4. ff. de cond. in sit. & in l. sicut §. sed si quaratur nu. 4. si ser. vend. Ferr. in for. lib. act. neg. in verbo per quandam n. 3. Bart. in l. si priusquam nu. 16. ff. de noui op. nunc.

II.

Seruitutem altius tollendi in Ciuitatibus, vbi certa mensura adificijs extruendis constituta est, vtilissimam esse cum Fab. dicimus. (a)

(a) Ioan. Fab. in d. §. æquè quem Zasius contra. Iasonem. defendit nu. 18. & ibi Schneid. nu. 5. Godof. in l. 1. C. de seruit. & aqua.

III.

Seruitutes in bonis nostris esse verius est.

Cæpol. cap. 2. nu. 4. Bart. in l. Mænius 66. §. fundo nu. 7. ff. de legat. 2. l. rem in bonis 25. ff. de acq. rer. dom. l. Bonorum appellatio 49. ff. de verb. signif. eleganter Ioannes Maior. in proœmio ad tit. de seruit. nu. 4. & 5.

XXVI.

153255

AB: 153255


(X2203998)

K



De legibus et constitutionibus Imperatorum





B.I.G.

Farbkarte #13



HESES
IT·FF·SI
S VINDICETVR
DMODVM SERVITV-
ANTVR DE PROMPTAE.

A FAVENTE GRATIA,
CLARISS. ET CONSULTISS.
Michaelis Cronenburgeri, & D.
. LL. Licent. Dictatoris & Fisci,
onienfis Academiæ Iuris Colle-
abili consuetudine dispu-
das proponit.

RVPE TREMON.

tionis hum. 1591. 27. Iunij.



IAE AGRIPPINAE Dd
PETRVS KESCHIDT.



27

